Nihilque in mente eius esse & de homine residuum nisi inmaculata fili
diligentia nisi illud quod nec inter caelestia ulla delet oblivio. hunc
mihi quasi bene conscius fovendum pro ut vires tribuunt dereliquid·
confusa sunt supremis deponentis verba suspiriis. videro quid aliis
reliquerit mihi sub dei obtestatione demisit heredem. cui saporē
vitae labris primoribus contingenti gustum de precoꝛ libertatis
infundi. ut provocatus disciplinarum melle & favis scientiae
de domibus cereis ipse sibi liquentis elimenti nectar adsumat. habet
doctor venerabilis laus tua per hunc ad cumulum producta quod capiat.
ex taliū profectu meritorum tuorū plenitudo non refutat augmenta
quia discipuli eligantia adsertio est sine labe doctoris. eius maxime
cuius prosapiem splendidam tempus postulat scientiae teredis
adornare ut decus originis in diem serenissimū procedat quando
oris in ipso iubar effulserit finit. ENNODIVS IVLIANO V̄I C̄P·

Suscipi litteras gemino splendore radiantes quibus purpore dictatoris
vestrae iuncta dignationi crevit in pretium gratias omnipotenti deo
restituens qui votorum maciem beneficii ubertate transgreditur
ut quando in desideriis meritorum conscii sectamur angustiam
divitis indulgentiae cupias non refrenat. credidi satis esse si me
faceritis amplissima scribtione sublimem. sed vos non hoc tantum
contenti prestare quod habet mendica postulatio linguae idoneas
& laude locupletes paginas destinastis. magni more fluminis qui
quotiens ab alveis ut ariditatem finitimam temperet ad obliqua
mutatur optant tenuem rivulum totus inlabitur. & marcida
profundo squalore terga per ebrietatem undae salutaris infundet
fortium tamen servans consuetudinem personarum magnitudo
tua circa exiguitatem meam bene coepta non deserat. ut in testimo
nio diligentiae cura paginalis habeatur. & purium oris ad stipu
lationem deferant blandimenta conloquii. occasum nesciat
caritas quā ante culmina promisistis. tantū circa me crescat gratia
quā vobis iuncta sit fastigia dignitatum. Ne amicitiā quā fovit medio
critas credatur abiurasse potentia. Namqui fastū in sublimitate
castigat docet se meruisse quod adeptus est. resignare per probitatem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0192